

Panor. super secunda Primi.

nium fuerit in libertate, argu. ff. de acqui. pos. l. possideri. Si seruus. Sed certe secundum hoc in prescriptione libertatis forent necessarii xx. cum tamen constet sufficere decennium. ff. qui & a qui. l. si cum. S. Aristot. ideo non placet. Quae existit in libertate mala fide, & tunc si est certum quod dominus desit habere animum possidendi, perdit possessionem, sicut & aliarum rerum, ff. de acq. pos. l. si quis vi. S. differentia, & domino petenti non restituitur possessio serui, si mala fide sit in possessione libertatis, & talis possessio non releuat seruum ab onere probandi, quia iniusta per praesal. Quandoque est in possessione libertatis, & certum est, quod dominus non desit habere animum possidendi, ut quia dominus non omisit custodiam serui, & tunc etiam si centum annis fuerit in possessione libertatis, dominus eum possedit, quia ipse sui ipsius non potest interuere possessionem, ex quo ab alio non possidetur, alias absurdum sequeretur, quod si seruus meus x. vel xx. annis se defenderet in arce, quod amitterem possessionem eius. Quandoque dominus nesciebat ubi esset, & sic omisit custodiam eius. si seruus habebat animum reuertendi, retinet possessionem, ff. de acq. pos. l. si re. si non habeset animum reuertendi, perdit possessionem, quia cum sit mala fide in possessione libertatis, restituitur possessio domino, & non releuat ab onere probandi, ut d. l. liberis. S. si. & l. igitur. S. potest, & ad iudicem domini remittitur per praedicta, cum prius tamen constabit, quod sit in possessione mala fide, ut est dictum. Si dubitatur an desit habere animum possidendi, vel non, & tunc si in possessione libertatis fuerit decennio, praesumitur habere animum desinendi possidere. si minore tempore, secus, ff. de acq. pos. l. possideri. S. si seruus. dicitur ibi plene per Bar. Haec autem quaestio, an sit seruus in possessione libertatis, an non, an sit fugitiuus, uel non, & an bona fidei, uel mala, debet quaeri antequam de proprietate decernatur, ut dicta l. liberis, in fi. & dicta l. igitur. S. potest, & quaeritur hoc sub iudice serui ratione dubietatis. Simile de appella. c. si duobus, ff. de iudic. l. si quis, de refer. c. super literis. Et dicit Ioan. Monach. quod illa multum valent, quia familiae fere quaeruntur quando praelatus dicit aliquem suum clericum, uel abbas monachum, uel dominus dicit aliquem seruum liberum, uel ascriptum, uel originarium, uel officialem. de similibus enim & c. ff. de leg. l. non possunt. secundum Innocentium. & uide quod no. inf. de appellatio. capitu. dilectio. Quare quando minor possit dare libertatem? dicitur inter viuo potest, in viginti ann. C. qui ma. non possit. l. si minor. In ultima voluntate manumittere potest qui testari potest, in Authent. sed hodie, ibi signata. & in Authent. ut spon. largi. S. quare autem sit ratio, quare seruus consecratus domino restituitur, & non alia res, dicitur quod ratio redditur, de relig. domi. capitu. ad haec, ne sit in potestate serui se domium priuare.

A D D I T I O.

2 ¶ Necessarii. xx. Quod ad praescribendam libertatem requirantur xx. anni, tenent glo. Bal. & Sal. in l. ii. C. de praescrip. lon. temp. quae pro liber. nisi sit curialis, quia ab illo officio nullo tempore se potest eximere, l. praescriptione, C. de praescrip. lon. temp. no. Io. de Platea in l. si quis de curio, in C. de decu. lib. xii. & declarat Moder. Tauri. in tract. praescrip. in iii. par. iii. partis principalis. quaestio. ii.

S P M M A R I U M.

- 1 Appellatione famulorum comprehenduntur serui.
- 2 Appellatione ecclesiae continentur praelatus.

C A P. III.

DE famulis. Seruus ab ecclesia manumifus ordinari potest, & quod acquirit, post eius obitum erit ecclesiae manumittentis, quam si accusat, vel contra eam testificatur libertate priuatur & ordine. h. d. & tria sunt dicta. Secundum, ibi, Quid quid. Tertium ibi, Quibus & c. Casus literal. statuit concilium Toleranum, quod ecclesia possit continere presbyteros, & diaconos per parochias de seruis suis ita tamen quod primo accipiant libertatem, & quicquid postmodum acquisierint vel eis datum fuerit, ad extraneas personas non transfirant, sed omnia post obitum suum ad ipsam ecclesiam, qua manumissi sunt, debeant pertinere, quibus accusandi, vel testificandi aduersus ecclesiam omnis aditus praeccludatur, sicut & ceteris libertis, ad quod si aspirauerint & libertatem amittant, & honorem ordinis, quem non dignitate naturae, sed temporis necessitate meruerunt. No. i. quod ecclesiae serui antequam recipiant libertatem, non possunt ordinari. ¶ No. quod appellatione famulorum continentur serui. No. quod seruitus etiam inducitur de iure gentium inhabili-

tat quem ad ordines. No. quod de statu alicuius dicitur agi, quod agit de eius libertate, & sic faciens contra libertatem ciuitatis, dicitur facere contra statum, quod nota propter statuta Italiae. No. quod seruitus dicitur hominem afficere respectu naturae. Not. quod ordo dicitur honor, & gradus honoris. Not. quod facilius perditur quaesitum ex dispensatione, & de iure speciali necessitate instante, quam quaesitum de iure naturali. No. collegium accusari posse, simile de sim. c. dilectus. No. quod ecclesia in totum succedit liberto a se manumisso, & ordinato, adeo quod non licet ei in alium testari, vel disponere, quam in ecclesiam. No. quod liberti ecclesiae repelluntur ab accusando, & testificando contra ecclesiam. Not. penam liberti ordinati ab ecclesia testificantis contra ecclesiam vel illam accusantis. Oppo. quod possit libertus alios instituere, ut patet. xi. q. iii. c. i. & ii. Secundo obstat, Inst. de success. liberto. S. sed nostra, ubi in sola certa parte succedit patronus. Ad primum dicit gloss. quod haec deccr. loquitur de libertis ecclesiae hac conditione manumissis, contrarium loquitur de ingenuis. Ad secundum contrarium gloss. dat plures sol. prima, quod haec deccr. loquitur de rebus intuitu ecclesiae acquisitis, illa de aliis rebus & c. secunda quod illa loquitur de libertis priuati, haec de libertis ecclesiae. tertia. quod hic loquitur de libertis ecclesiae hac conditione manumissis, ut bona sint ecclesiae. quarta quod loquitur de libertis simpliciter, & de seruis libertis factis absque aliqua conditione, alle. infra eo. c. eo libentius. quinta quod ibi habebat consanguineos, hic non. Hostien. tenet quod sit speciale in ecclesia fauore religionis. ff. de relig. & sump. fu. l. sunt personae. Vel sexto dicit, quod contrarium procedit in seruis tantum libertati donatis, hic de seruis gradu ecclesiastico honoratis. Conclude, si quaeritur, an liberto succedat patronus, an alii in liberto priuati serua. d. S. sed S. nostra. in liberto ecclesiae si bona sint quae sita contemplatione ecclesiae, spectant ad ecclesiam. Si bona sunt quaesita contemplatione personae liberti, & sic hac conditione fuit manumissus, ut quaesita spectarent ad ecclesiam quaeruntur ecclesiae si simpliciter fuit manumissus & nulli extent consanguinei, uel aliquid disponit, si subsunt filii absque dubio secundum Inno. illi excludunt ecclesiam, quia parentes filii thesaurizant. xvi. q. i. c. praedicator. liberis deficientibus dicit Inno. quod ecclesia patrona succedit, maxime hoc puto, quando sunt gradu ecclesiastico honorati. Hostien. dicit, quod putat hoc casu. opi. quae habet esse speciale in manumisso ab ecclesiis esse veram, sita tamen quod si sint filii de peculo fiant quatuor partes, prout dicitur. inf. de success. ab intel. c. ii. & remittit ad no. in sum. huius titu. S. qualiter seruus potest, uel licet. Op. quod non possunt accusare illos de ecclesia liberti. xii. q. ii. c. episcopus. S. qui manumittit. Solu. dicit glo. quod ecclesiam. i. praelatum accusare non possunt. ¶ No. quod appellatione ecclesiae comprehenditur praelatus, sed bene non possunt accusare singulares de ecclesia, contra ecclesiam autem testificari non possunt, quia illa est eius patrona, nisi editi uenia impetrata, C. de in ius voc. l. ii. alias ad seruitutem rediguntur, ut hic dicit. Non poterit etiam accusare uel testificari in capitulo ecclesiae secundum Phi. & bene. Oppo. quod si ecclesia aliquid iuris retineat in seruum, non debet ordinari. 54. dist. c. quicunque. Sol. dicit Goff. quod ordinari non debet seruus Priuati, ut ibi, sed sic seruus ecclesiae, quia ecclesia potest aliquid ius retinere in seruum manumissum per re

A D D I T I O N E S.

- 1 ¶ Comprehenditur praelatus & contra ut no. Car. in cle. i. q. x. de cle. & Sp. in ti. de instr. edi. §. nunc uero aliqua, uer. sed quid erit, & ibi dicit idem esse in ministro, & custode fratrum minorum omnique alio habente admirationem cum officio perpetuo, Est enim praelatus in ecclesia, & eductus in ecclesia in praelato, ut no. idem Specu. in ti. de lib. conc. §. iam nunc uideam quod, uer. si uero praelatus. Zac.
- ¶ Circa hoc, quod hic dicitur de praelato, dicas quod appellatione praelati in exemptis uenit etiam papa, in non exemptis uenit episcopus, ut per gl. in cle. i. & ibi per Do. Card. in 34. q. se. rebus, eccl. non alie. no. tamen uenit simplex rector ecclesiae, ut per Card. in clementina, ii. q. 9. de sep. & in ea. cle. in §. fin. & uide Car. in cle. i. de conf. & affi. & in cle. i. de exc. pl. ubi dicit, quod ueniunt episcopi, & omnes alii, qui praesunt, & adde, quod praelatus, dicitur maritus ecclesiae, ut per Spec. in titu. de actore, in uer. Item contra praelatum, & se. Adde tamen, quod praelatus non excusatur ab ignorantia iuris, ut per Inn. in cap. constitutus, in i. co. de ap. & habet in cle. i. de gra. & quali. & in eum in eum sitis, de ele. Ant. Fr.
- ¶ Edicti uenia. Vide tamen Ale. in l. generaliter, ff. de in ius uocan. col. ii. ubi uult, quod subditus qui uult agere contra patriam, non tenetur petere ueniam, & ita uideatur dicendum in presbytero, quando uult agere contra ecclesiam, nunquid autem sacerdos parochialis possit uocari in ius uenia non petita, tradit ibidem Ale. & 12. Seb. Sap.